



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De officio Episcopi, & ad quæ successor demortui teneatur. cap. xiv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

bum, quod Episcopus non seruans, vel seruari non faciens canones, incidit in periurium, cum iuret defendere, & retinere canones. Sed tu intellige, ubi ex contemptu non seruatur; & in tali casu potest recedi ab ipso, sicut ab excommunicato. Quomodo autem procedatur contra praelatum suspectum de dilapidatione, vide docto. in c. licet Heli, de simon. Et coadiutor an sit dandus praelato suspecto de dilapidatione, videbis ibi Panorm. Vbi dicunt etiam, quando clericus possit cogi ad ostendendum titulum sui beneficii, de quo alias iam dixi. Videbis etiam Felin. in d. c. licet Heli, multa dicentem: Vbi dicit etiam, quod Episcopus potest ponere edictum, ut omnes ostendant titulum sub pena priuationis, intellige de retinentibus per dispensationem: ita docto. in c. ordinarij, de offi. ordin. & omnino vide Felin. in d. c. licet Heli, quia ponit duas limitationes.

DE OFFICIO EPISCOPI, ET
ad qua successor demortui teneatur.

Cap. XIII.

SVM MARI VM.

- 1 Quod sit Episcopi officium.
- 2 Tria sunt, quae Moyses, & Aaron faciebant.
- 3 Non licet Episcopo aliquem proprijs manibus cedere.
- 4 Nunquid successor in Episcopatum predecessoris constitutionibus ligetur.



E potestate sanctissimorum Episcoporum diximus supra in c. praecedenti: nunc aliqua de officio Episcopi aggrediamur. Officium Episcopi est virgines, altaria, & ecclesias consecrare, chrisma conficere, & cum ipso confirmare, ut in c. quamuis, lxviij. distinct. ubi enumerantur decem, quae pertinent ad officium Episcoporum, & quia haec Episcopi sibi usurpabant, recesserunt ab aula. Primum igitur Episcoporum officium est presbyterorum, & diaconorum ordinatio, & per hos intellige alios ordines; virginum consecratio, ut dixi. xxvj. q. vj. c. j. Item constructio

altar

altaris in ecclesia consecrata: nam ante consecrationem
benè licet clericis ibi construere altaria, sed post non, nisi
de consensu Episcopi: quia si fecerint, deponentur, vt in
c. nullus presbyter, de consecrat. distin. j. Item inungitur
Episcopus, vt procurator animarum existat, & distribuat
spiritualium. c. clericum. §. ex his omnibus. xj. quæst. j. Et
multa sunt, quæ Episcopus tenetur scire, c. omnes. xxxviij.
distin. vbi statuit synodus, vt omnis, qui ad Episcopa-
tum promouendus est, psalterium sciat, vt ex eo omnis cle-
ricus, qui sub eo fuerit, instruatur. Et tempore suæ ordina-
tionis debet Metropolitanus ordinandum Episcopum in-
terrogare, si sciat legem, canones sacros, & omnem sacram
scripturam, & si inuenitur ignorans, repellitur: & hoc
probatum auctoritate propheta Osee iij. dicentis: Tu sci-
entiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio funga-
ris mihi. sequitur text. Placuit, vt ordinandis Episcopis
prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus
eorum inculcetur. Similiter cum nouum celebratur con-
cilium, quæ in concilijs statuuntur, infra sex menses, post-
quam redierit à concilio, debet omnes suos subditos con-
uocare, & eis indicare, quæ sunt in synodo acta. c. decer-
nimus. xviij. distin. Ideo non sufficit Episcopo innocens
vita, nisi ad sit & doctrina. xliij. distin. cap. j. quia tene-
tur Episcopus docere populos sacram scripturam, non
Grammaticam, vel Philosophiam, c. cum multa. lxxxvj.
distin. c. ignorantia. xxxviij. distin. Debet etiam Epi-
scopus intendere lectioni, & orationi, & prædicationi. c.
Episcopus nullam. lxxxviij. distin. c. Episcopi. ij. quæst.
viij. & sic faciebat Moyses, qui semper erat in tabernaculo
docens, & orans, sicque in hostes suos vinebat orationi-
bus, vt in c. lxxv. distin. vbi legitur: Tria sunt, quæ
Moyses, & Aaron faciebant, legere scilicet, docere popu-
lum, & orare. Ideo hæc tria opera debet Episcopus facere,
si vult imitari Moysen, & Aaron. De hoc videbis in c. sic-
ut. viij. q. j. Debet autem Episcopus docens in templo lo-
qui prudenter, & aptare verba iuxta capacitatem audientium:
utq; doctus, maturus, prouidus, irreprehensibilis, vt in c.
oportet. viij. q. j. Item debet pacem procurare inter subditos,
& am-

& amovere discordias. c. studium. xc. distinct. immò potest excommunicare nolentes pacem inire. c. placuit. c. praelatum. xc. distinct. Nec sufficit episcopo lectio, vel oratio, nisi & pauperibus provideat, c. fratrem. lxxxvj. distinct. Debet etiam episcopus discordantes concordare. xc. distinct. 3 per totum. sed ¶ non debet proprijs manibus aliquem cadere, vel flagellare, c. non liceat. lxxxvj. distinct. Episcopi est etiam ordinare, ut in ecclesijs baptismalibus sint doctores, & magistri, qui pueros in artibus liberalibus, & alijs utilibus instruant. c. de quibusdam. xxxvij. dist. Et episcopus non potest creari sine titulo episcopali. c. sanctorum. lxx. dist. & pendente inquisitione contra praelatum suspectum non fit incontinenti remotio ab administratione, secus in tutore, docto. in c. licet Heli, de simonia. Et si electus in episcopum habet plura beneficia, accepto episcopatu omnia alia vacant, c. dictum, de electio. c. non potest, de prae bend. in vj. Inno. in c. in nostra, de rescriptis: sed non ipso iure. ut per Panor. in c. de multa, de prae ben. Et ¶ successor in episcopatum non ligatur constitutionibus praedecessoris, Ioannes de Lignano in tractatu de sentent. excommu. in volumine xj. fol. 288. Sed successor in ecclesia tenetur ratificare bene gesta praedecessoris, Archid. in c. decessor. xxv. quest. ij. & de hoc vide Bald. in l. quicumque. C. de bonis, quae libe. Et successor in ecclesia non tenetur ad debita contracta per praedecessorem, nisi pro utilitate ecclesiae fuerint contracta: nota. in c. j. & ij. de sortileg. & vide in c. fin. de offi. ordin. in vj.

DE ARCHIEPISCOPO.

Cap. XV.

SUMMARIUM.

- 1 Electus in Archiepiscopum, vel Episcopum, infra tres menses consecrari debet.
- 2 De forma pallij, & qualiter esse debeat.
- 3 Virum ante pallij traditionem quis appellari possit Archiepiscopus.
- 4 Pontifex ad Missarum solennia, & ubique pallio utitur.

5 Archi